

CENTRE FOR MEDIEVAL STUDIES

University of Toronto

Level One Medieval Latin Examination

8 April 2025

Translate the following three passages, then answer **all** questions about the underlined words in each passage. The questions are the fourth section of the exam. Each section will be given equal weight in the final assessment. The use of dictionaries is **NOT** permitted. Please write on alternate lines, on one side of the paper only. DO NOT USE PENCIL. Glosses of vocabulary items not in the Core Vocabulary list may be found immediately following each passage.

1. Julian hides in a hovel

Igitur in illo tempore in Viennensi urbe accedit persecutio christianis sub Crispino quondam praeside. Sanctissimus autem Ferreolus, et ipse a Deo martyr probatus, tunc in supradicta urbe tribuniciam gerebat potestatem. Sic tamen gerebat militiae officium, ut sacrae religionis propositum adimplerit. Beatum autem Iulianum, quia esset fidelissimus christianus, in suo solacio detenebat. Cumque sanctus Ferreolus comperisset de christianorum persecutione, ait ad sanctum Iulianum: “Cognovi persecutionem christianorum ad hanc urbem esse venturam, et ideo obsecro ut ab isto loco amoveas, quoad discedat persecutio christianis”. Ubi hanc relationem audivit, beatus Iulianus se in territorium Arvernae urbis contulit, ingressusque tugurium cuiusdam veteranae, ab ea se occultari deprecatus est. Quod hospitium non longe aberat, ubi tunc a gentilibus vana simulacra colebantur.

Gloss: *Viennensis/e* ‘Of Vienne’ (city in Gaul); *Crispinus, -i* (m.) ‘Crispinus’, name; *praeses, -idis* (n.) ‘governor’; *Ferreolus, -i* (m.) ‘Ferreolus’, name; *probo, probare* ‘to approve, certify’; *tribunicius/a/um* ‘of the tribune’; *adimpleo, adimplere* ‘to fulfill’; *Iulianus, -i* (m.) ‘Julian’;; *amoveo, amovere* ‘to leave’; *relatio, -nis* (f.) ‘report’; *se* (pr., acc.) ‘one-/them-self(s)’; *territorium, -i* (n.) ‘region’; *Arvernus/a/um* ‘of Auvergne’; *tugurium, -i* (n.) ‘hovel’; *veteranus/a/um* ‘old’; *occulto, occultare* ‘to hide’; *simulacrum, -i* (n.) ‘image’.

2. When she wore the ring, she stopped remembering

Vespasianus regnavit, qui diu remansit sine prole. Tandem per consilium sapientum quandam pulchram puellam de longinquis partibus mundi in uxorem duxit, et cum ea in patria extranea diu remansit, et prolem ex ea genuit. Post hec ad imperium suum accedere volebat, sed nullam licentiam ab ea poterat obtinere, sed ea semper dicebat: «Si a me recedis, meipsam occidere volo». Imperator, cum hoc audisset, fecit fieri duos anulos optimos, et sculpsit in gemmis imagines huius efficacie ut una esset imago memoriae et altera imago oblivionis, cumque paribus anulis eas inseruisset, unum anulum, scilicet oblivionis, praebuit uxori, alterum ipse tulit ut, sicut pari amore, sic paribus anulis scilicet insignirentur. Uxor, cum anulum accepisset, statim cepit oblivisci amoris viri. Imperator haec videns ad imperium cum gaudio se transtulit, nec ulterius est ad uxorem reversus. Et sic in pace vitam suam finiuit.

Gloss: *Vespasianus*, -i (m.) ‘Vespasianus’; *proles*, -is (f.) ‘offspring’; *longinquus/a/um* ‘distant’; *extraneus/a/um* ‘foreign’; *licentia*, -ae (f.) ‘permission’; *efficacia*, -ae (f.) ‘function, quality’; *oblivio*, -nis (f.) ‘forgetfulness’; *insero*, *inserere* ‘insert’; *insignio*, *insignire* ‘adorn’;

3. Correcting laws, calling a codex by his own name: Justinian

[*Subj.* Iustinianus] Leges quoque Romanorum, quarum prolixitas nimia erat et inutilis dissonantia, mirabili brevitate correxit. Nam omnes constitutiones principum, quae utique multis in voluminibus habebantur, intra duodecim libros coartavit eodemque volumen codicem Iustinianum appellari praecepit. Rursumque singulorum magistratuum sive iudicum leges, quae usque ad duo milia paene libros erant extensae, intra quinquaginta librorum numerum redegit, eumque codicem Digestorum sive Pandectarum vocabulo nuncupavit. Quattuor etiam institutionum libros, in quibus breviter universarum legum textus comprehenditur, noviter composuit. Novas quoque leges, quas ipse statuerat, in unum volumen redactas, eodem codicem Novellam nuncupari sancivit. Extruxit quoque idem princeps intra urbem Constantinopolim Christo domino, qui est sapientia Dei patris, templum quod Graeco vocabulo Agian Sophian, id est sanctam sapientiam, nominavit. Cuius opus adeo cuncta aedificia excellit, ut in totis terrarum spatiis huic simile non possit inveniri. Erat enim hic princeps fide catholicus, in operibus rectus, in iudiciis iustus; ideoque ei omnia concurrebant in bonum.

Gloss: *prolixitas*, *-tis* (f.) ‘verbosity’; *dissonantia*, *-ae* (f.) ‘inconsistency’; *brevitas*, *-tis* (f.) ‘conciseness’; *constitutio*, *-nis* (f.) ‘legislation’; *coarto*, *coartāre* ‘to compact, condense’; *Iustinianus/a/um* ‘of Justinian’; *magistratus*, *-us* (m.) ‘magistrate’; *redigo*, *redigēre* ‘to bring back’; *digesta*, *-orum* (n.p.) ‘Digest’ (“collection of things”); *Pandectae*, *-arum* (f.p.) ‘Pandects’ (“which contains everything”); *nuncupo*, *nuncupāre* ‘to name’; *institutio*, *-nis* (f.) ‘institution’; *Novella*, *-ae* (f.) ‘Novella’ (“new thing”); *sancio*, *sancīre* ‘sanction’; *extruo* (*exstruo*), *extruēre* ‘erect’; *Constantinopolis*, *-is* (m.; sing. acc. *-im*) ‘Constantinople’; *Graecus/a/um* ‘Greek’; *Agian Sophian* ‘Agia Sophia’; *excello*, *excellēre* ‘surpass’; *aedificium*, *-i* (n.) ‘building’; *concurro*, *concurrēre* ‘cooperate, gather together’.

4. Grammatical questions (please number your answers to match the questions listed here).

Passage 1

1.a State (1 point) the case and number of *christianis* and account for (1 point) the case.

1.b Parse fully (give person, number, tense, mood, and voice) (3 points) and account for (1 point) the form of *esset*.

1.c Parse fully (give part of speech, gender, number, and case) (3 points) and account for (1 point) *venturam*.

Passage 2

2.a Give part of speech and case and number (2 points) and account for (1 point) *sapientum*.

2.b Parse fully (give person, number, tense, mood, and voice) (3 points) and account for (1 point) *insignirentur*.

2.c Parse fully (give person, number, tense, mood, and voice) (3 points) of *oblivisci*.

Passage 3

3.a What is the antecedent of *quarum* (1 point)?

3.b Account for the case of *codicem Iustinianum* (1 point).

3.c Account for (1 point) *huic*.

3.d Account for (1 point) *hic*.

3.e Account for (1 point) *ei*.